

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

M. Vitrvii ... De architectvra libri decem

**Vitruvius
Frontinus, Sextus Iulius**

Argentorati, 1543

"Nobili graecorvm"

[urn:nbn:de:bsz:31-128539](#)

M. VITRVVII DE ARCHITECTURA, LIBER DECIMVS.

NOBILI GRAECORVM ET AMPLA CI Lex archi-
uitate Ephesil ex uetus dicitur à maioribus dura con-tectonica
ditione, sed iure esse non iniquo constituta. Nam Archi Ephesil a-
tectus cum publicum opus curandum recipit, pollicet-
ta. tur quanto sumptuid sit suorum : tradita aestimatio-
ne, magistrati bona eius obligantur, donec opus sit perfectum. Eo autem
absoluo, cum ad dictum impensa respondet, decretis & honoribus orna-
tur, item si non amplius quam quarta in opere consumitur, ad aestimatio-
nem est adjicieda, & de publico prestatur, neq; ulla poena tenetur. Cum
vero amplius quam quarta in opere consumitur, ex eius bonis ad perfici-
endum pecunia exigitur. Utinam Dij immortales fecissent, quod ea lex eti-
am populo Romano, non modo publicis, sed etiam priuatis edificijs esset
constituta: namq; non sine poena grasseretur imperiti, sed qui summa do-
ctrinarum subtilitate essent prudentes, sine dubitatione profiteretur ar-
chitecturam: neq; partes familiarium inducerentur ad infinitas sumptu-
um profusiones, & ut ex bonis eiagerentur: ipsiq; architecti poenae timo-
re coacti, diligentius modum impensarum ratiocinantes explicarent, uti
patres familiarium ad id, quod preparauissent, seu paulò amplius adjicien-
tes, edificia expedirent. Nam qui quadringenta ad opus possunt parare,
siadjicant centum habendo spem perfectionis, delectationibus tenentur.
Qui autem adiectione dimidia, aut ampliore sumptu onerantur, amissa
spē, & impensa abiecta, fractis rebus et animis, desistere coguntur. Nec
solum id uitium in edificijs, sed etiam in muniberis, quæ à magistratibus
foro gladiatorum scenisq; ludorum dantur, quibus nec mora, neq; expen-
satio conceditur, sed necessitas finito tempore perficere cogit: uti sunt se-
des spectaculorum, uelorumq; inductiones, & ea omnia, quæ scenicis mo-
ribus per machinationem ad spectaciones populo comparantur. In his ue-
ro opus est prudentia diligent, & ingenij doctissimi cogitatu, quod nihil

FF corum

norum co-
beat defor-
ni, ad dex-
era inter co-
fuerit in Ca-
corni, quo-
e currenit
ad uas, tum
contrahit
satione ma-
uni forania
mittere sa-
at horarum
ns, orbiculi
rate salienti
norum sp̄s
panum uera
enuatur, &
n Cancris
nonem & Vir-
atim corripi-
bre, & equino
gittarij pro-
Capricorni
les horarum
tiones &
ne po-

VITRV

eorum perficitur sine machinatione, studiorumq; uario ac soleriti uigore, igitur quoniā hæc ita sunt tradita & constituta, non uidetur esse dilectum, uti caute summaq; diligentia, ante quam instituantur opera, eorum expediatur rationes. Ergo quoniam neq; lex, neq; morum institutio id potest cogere, & quotannis & prætores & ædiles ludorum causa machinationes præparare debent: uisum mihi est, imperator, non esse alienum, quoniam in ædificijs de prioribus uoluminibus exposui, in hoc qui sumptum summam corporis habet constitutam, quæ sint principia machinarum ordinata, præceptis explicare.

DE MACHINA QVID SIT, ET EIVS AB OR
GANO DIFFERENTIA, ORIGINE & NECESSITATE.

C A P V T I.

MA CHIN A est continens ex materia coniunctio, maxima ad onerum motus habens virtutes. Ea mouetur ex arte circulorum rotundationibus, quam Græci κυκλικὴ κίνησις appellant. Est autem unum genus scensorium, quod græce ἀργοστέρημὸν dicitur: alterum spirale, quod apud eos τεῦχον οὐατημὸν appellatur, tertium tractorum, id autem Græci λεύχον iocant. Scensorium autem est, cum machine ita fuerint collocatæ, ut ad altitudinem tignis statutis, & transuersarijs colligatis sine periculo scandatur ad apparatus spectacionem. Spirale est, cum spiritus expressionibus impulsus, & plague uocesq; organicas exprimuntur. Tractorum uero cum onera machinis pertrahuntur, aut ad altitudinem sublata collocantur. Scensoria ratio non arte, sed auctoritatem gloriatur. Ea catenationibus, & transuersarijs, & plcxis colligationibus & erismatum fulcturis continetur. Quæ autem spiritus potesta te assumit ingressus, elegantes artis subtilitatibus consequitur effectus. Tractoria autem maiores, & magnificentia plena, habet ad utilitatem opportunitates, & in agendo cū prudentia summas virtutes. Ex his sunt alia que mechanicos, alia que organicos mouentur. Inter machinas et organa id uidetur esse discrimen, quod machinae pluribus operibus, aut maiore coguntur effectus habere, uti baliste, torculariumq; prela. Organæ autem unius opere, prudentii tacitu perficiunt, quod propositum est,

III SCVL